

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio s  
cum fonte primo

Talis debet esse dispensacio regiminis ut  
is qui preest ea se circa subditos  
mensura moderetur, quatinus arridens  
timeri debeat et iratus amari. Vt eum  
nec nimia leticia uilem reddat, nec  
immoderata seueritas odiosum.

Gregorius libro XX. moralium.

Qua in re quid aliud docemur, nisi quod  
talis debet dispensatio esse regiminis, ut  
is qui praeest ea se circa subditos  
mensura moderetur, quatenus et arridens  
timeri debeat et iratus amari? Vt eum  
nec nimia laetitia uilem reddat, nec  
immoderata seueritas odiosum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20, 3  
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1006,  
ll.11-16).